

pidibus¹⁾ et cemento, vel facere inferare taliter quod per eas nullus possit intrare vel exire, et hoc sit in libertate ipsorum dominorum habentium dictas fenestras vel balchiones.

Cap. LXIII. Rubrica de proprietatibus non
5 habentibus viam.

Ordinamus quod, si qua proprietas non haberet viam,
via eidem detur in arbitrio extimatorum comunis in
illa parte ubi¹⁾ fuerit cum minori dampno et lesione vicinorum
circumstantium, et ille cui talis via deputata fuerit solvat pro
10 valore ipsius vie secundum extimationem domino rei ubi talis
via deputa[ta] fuerit. ¶ Preterea, si qua possessio fuerit unius
patrimonii vel matrimonii choerens vie, et talis possessio di-
videretur inter plures personas, quod consortes sive propinqui // 275 A
illius proprietatis habea[n]t viam per ipsam vineam sic divi-
15 sam usque ad viam publicam in eundo et redeundo, tamen
sine aliquibus equis asinis vel curibus.

Cap. LXV. Rubrica de edificio facto vel fiendo
inter vicinos. R.ca.

Statuimus quod, si murus aliquis¹⁾ vel aliud edefitium fuerit
20 vel esset inter vicinos vel aliquos, si qua parcium volet
ipsum murum vel difcium aptare vel levare ad commodum
utriusque partis, alia vero non, quod remaneat in discretione
dominii Tergesti [de] fatiando predicta. ¶ Preterea, si qua
persona hedificari fecerit murum aliquem de novo, et talis
25 hedificans dimisserit in dicto muro morsas vel finestras labo-
ratas in utilitatem vicini sui versus partem ipsius vicini, quod
ille morse vel finestre sint et habeantur pro inditio et testifi-
catione quod talis murus est comunis inter eosdem. ¶ Pre-
terea, si qua persona hedificasset vel hedi[fi]cabit aliquod
30 laborerium domus penes domum alicuius sui vicini, et talis
laborans se adpodiaverit ad murum vicini sui, in quo muro

¹⁾ Aggiunta marginale.